

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6673

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Guillaume d'Harcourt, Bayeux (trésorier)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1154, avril-1154, décembre]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Ratification par Henri, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, de l'acte par lequel Philippe, évêque de Bayeux, a concédé à vie au trésorier Guillaume d'Harcourt l'ancienne maison du trésorier Conan et son jardin à Bayeux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° 138, t. 1, p. 166.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXXVI*, t. 1, p. 81-82.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 82.

Texte établi d'après b

H., dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], et comes And[egavorum], Hugoni, archiepiscopo Rothomagensi, et omnibus episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus fidelibus suis et amicis Normannie, salutem.

Sciatis quod, quando dominia mea de Baiocis Cadomi recognita sunt per sacramentum legitimorum hominum, quomodo tempore H. regis fuerant, inter cetera ibi recognitum fuit quod rex H., post mortem Conani thesaurarii, domum ejus lapideam cum toto masnagio et virgultum ejusdem Conani, quod est extra murum Baioc[arum], in dominio suo habuit, propter trecentas marcas argenti quas idem Conanus ei debebat in die qua fuit vivus et mortuus. Predictam vero pecuniam Ricardus Baioc[ensis] episcopus postea regi reddidit, et rex concessit ei domum et virgultum predictum cum pertinentiis, tenenda donec predicta pecunia a justo Conani herede episcopo redderetur. Quapropter ego, consideratione baronum meorum, predictam domum et virgultum cum pertinentiis Philippo episcopo, qui de jure suo illam esse dicebat, libere reddidi et concessi, tenenda sibi vel illi cui ea daret, donec pecunia predicta a justo Conani herede episcopo vel illi reddatur, cui ea dederit. Quare volo et firmiter precipio quod Willelmus de Herowcur[ia] thesaurarius, cui episcopus predicta donavit, domum illam et virgultum cum pertinentiis bene et in pace, integre et honorifice tota vita sua teneat, nisi sibi interim pecunia prefata reddita

fuerit a justo Conani herede. Post obitum vero Willelmi, domus et virgultum et pertinentia in jus cujusque episcopi Baiocensis redeat, et sic illa Baiocensis episcopus possideat, donec a justo Conani herede pecunia supradicta sibi reddatur.

Testes vero recognitionis Cadomi facte et redditionis ibidem facte episcopo consideratione baronum hii sunt: Ricardus de Humez constabulus, Ricardus de Haia, W. Filius Johannis, M. Biset dapifer, G. Filius Ger[oldi] camerarius, Robertus de Dunstanvilla, Jocelinus de Baill[olio], Eudo Filius Gotberti, R. Filius Exsuperii, G. Filius Mabil.. Testes donationis thesaurario facte et carte sunt : M. imperatrix, Arn[ulfus] episcopus Lexoviensis, Man[asserus] Biset dapifer, Guar[inus] Filius Geroldi camerarius, Robertus de Dunstan[villa], Jocelinus de Baill[olio].

Apud Rothomagum.